REGVLA ETVITA FRATRVM SACRI ORDINIS DE POENITENTIA, Regularis obſeruantiæ Seraphici Patris noſtri Franciſci.



Impſſo en Seuilla, por Tomê de Dios Miranda.

REGVLA, ET VITA,
Fratrum de Pœnitentia.



PAVLVS EPISCOPVS, seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad vberes fructus, quos Tertius Ordo sancti Francisci de Pœnitentia in agro militantis Ecclesiæ hactenus produxit, & in dies producere non cessat, nostræ dirigentes considerationis intuitum, & intra mentis nostræ arcana reuoluētes, quòd ipse Ordo nedum Fratibus, & Monialibus, in communi viuentibus, ac tria vota substantialia solemniter emittentibus, verùm etiam viris, & mulieribus coniugatis iam dudū floret, meritò inducimur, vt quę pro salubri personarū ipsius Ordinis directione, statuta, & ordinata





REGVLA, ET VITA, Fratrum de Pœnitentia.



PAVLVS EPISCOPVS, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad vberes fructus, quos Tertius Ordo ſancti Franciſci de Pœnitentia in agro militantis Eccleſiæ hactenus produxit, & in dies producere non ceſſat, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, & intra mentis noſtræ arcana reuoluẽtes, quòd ipſe Ordo nedum Fratibus, & Monialibus, in communi viuentibus, ac tria vota ſubſtantialia ſolemniter emittentibus, verùm etiam viris, & mulieribus coniugatis iam dudũ floret, meritò inducimur, vt quę pro ſalubri perſonarũ ipſius Ordinis directione, ſtatuta, & ordinata

esse dignoscuntur, nostræ approbatiois munimine roboremus, aliasq; de super disponamus; prout in Domino cospicimus salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum moderni Ministri Generalis, & Fratrum Collegialium, ac Monialium, necnõ aliorum Fratrum, & sororum dicti Ordinis Regnorum Hispaniarum, & Portugalium, ac Insularum, & Terræ Firmæ Indiarum: nobis nuper exhibita petitio continebat: quod licèt aliás fœlicis recordationis Clemens Papa VII. prædecessor noster, postquam piæ memoriç Nicolaus IIII. & Eugenius etiam IIII. ac Sixtus similiter IIII, Necnon Iulius II. & Leo. X. Romani Pontifices etiam prædecessores nostri, Regulam eiusdem Ordinis approbauerant, & diuersis priuilegijs, indultisi, & gratijs decorauerant, Singulas litteras Nicolai, Eugenij, Sixti, Iulij, & Le,onis, prædecessorum, necnon constitutiones & Regulam Ordinis huismodi, ac prout illa concernebãt: Omnia, & singula in singulis litteris Nicolai, Eugenij, Sixti, Iulij, & Leonis prædecessorum huiusmodi, ac alijs super cõstitutionibus, ordinationbus, & Regula prædictis confectis scripturis contenta per suas litteras approbauerit, & confirmauerit, ac litteras ipsas

Pontifices approbatores & confirmatoris nostri Ordinis.

inno-

innouauerit,ſupplens omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus,ſi qui forſan in eiſdem conſtitutionibus,ordinationibus,ſtatutis,conſuetudinibus , & Regula interuenerant , ac diuerſa alia ſalubrem ipſius Ordinis directionem concernentia ſtatuerit,& ordinauerit,ac conſtitutiones,ordinationes,ſtatuta , conſuetudines,& regulam huiuſmodi , quæ poſtmodum in tres partes,prout tres ſtatus dicti Ordinis Fratrum Collegialiũ, videlicet,& Monialium ſub clauſura degentium,ac Fratrum,& ſororum in priuatis domibus habitantium , concernebant, per dictum Miniſtrum,& tuuc præſidentem,ac quatuor Diffinitores Capituli generalis dicti Ordinis , in domo ſanctæ Mariæ de Valle eiuſdem Ordinis Aſtoricenſis Diœceſis celebrati, cum conſenſu Miniſtrorum , ac Procuratorum filiorum dilectorum totius Cōgregationis generalis Ordinis huiuſmodi , diſtincta fuerunt prout in eadem diſtinctione,quam in Chancellaria Apoſtolica inſpici, & diligẽter examinari,& cuius tenorẽ de verbo ad verbum , ſignis & characteribus omiſsis , inſeri fecimus ; plenius continetur , à tribus ſtatibus Ordinis huiuſmodi diſtincta fuerunt,prout eos,& eorum quẽlibet tãgit,pacificè, & quietê obſeruetur.

Nihil

Nihil ominus Minister,& Fratres Collegiales, & Moniales,nec nõ alij Fratres,& sorores Ordinis,& Regnorũ, ac Insularum,& Terræ Firmæ huismodi pro sinceriori eorum conscientiarum rranquillitate & quiete cupiũt ea omnia,prout distincta fuerunt approbationis nostræ robore communiri. Quapropter,pro parte Ministri, & Fratrum Collegialium, & Monialiũ,necnõ aliorũ Fratrũ, & sororũ Ordinis, & Regnorum ac Insularũ, & Terræ firmæ huiusmodi asserentium partes constitutionum, & ordinationum,statutorum, consuetudinum, &Regulæ huiusmodi sicut præfertur distinctas vnicuiq; dictorum prout eis, & eorum personis cógruere videbãtur, per eos inuiolabiliter obseruádas asśignatas fuisse. Nobis fuit humiliter supplicatum, vt cõstitutionibus, ordinationibus,statutis,& consuetudinibus, & Regulæ huiusmodi, sicut præfertur, distinctis, pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ cofirmationis adijcere, ac aliás in præmissis opportunè prouidere,de begninitate Apostoliea dignaremur. Nos igitur qui singulorum Christi fidelium,præsertim sub suaui Religionis iugo piæ vitæ studiò vacantium salubrem directionem sinceris desideramus affectibus;

Minis-

Miniſtrũ, & Fratres Collegiales, & Moniales, necnon alios Fratres, & ſorores Ordinis, & Regnorum, ac Inſularum, & Terræ Firmæ, huiuſmodi, & eorum ſingulos, â quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſentẽtijs, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homiue, quabis ocaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium, dumtaxat conſequendum, harum ſeriè abſolventes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicacionibus inclinati, cõſtitutiones, ordinationes, conſuetudines, ſtatuta, & Regulam, ſicut præfertur diſtinctam, & vnicuiq; dictorum ſtatuum aſſignata, prout illa cõcernũt, omnia, & ſingula, ac illis contenta, & inde ſecuta, quæcumq; ex certa ſcientia Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac eis perpetuum firmitatis robur adijcimus, ſupplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus [ſi qui forſan interuenerint in eis] eaq; omnia valida, & efficacia fore, ſuoſq; plenarios effectus ſortiri, ac ab omnibus in violabiliter obſeruari debere, ſicq; ab omnibus cenſeri, et per quoſcũque Iudices, et Cõmiſſarios, quauis authoritate fungẽtes; etiam cauſarum Pala-

Palatij Apoſtolici Auditores,ſublata eis,et eorum cuilibet,quàvis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et authoritate iudicari et diffiniri debere. Ac ſi ſecus ſuper his à quocũq; quauis authoritate ſcienter, vel ignoráter cõtigerit attẽtari: irritum, et inane decernimus, non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, acalijs dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcum que. Nulli ergo hominun liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, ſuppletionis, et decreti infringere, vel auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſum.

Datis Romæ apud ſanctum Petrum. Anno 1547, quartó Nonas Iulij. Pontificatus noſtri XIII.

[.?.]

PRO-

REGVLARVM

TRIVM STATVVM SACRI NOStri Ordinis de pœnitencia Regularis Obseruantiæ Seraphici Patis nostri S. Francisci.



ERAPHICVS PATRIARcha Pauperum Franciscus P. N. Spiritu S. plenus, & verus animarum piscator: triũ Ordinum Fundator, & institutor fuit. Cùm semel intrasset Ecclesiam sancti Damiani, extra Ciuitatem Asisij, causa orationis, & prostratus ante Imaginem Crucifixi, lachrimosis oculis intenderet in diuinam Crucem, vocem de ipsa Cruce ad se mirò quodammodô delapsá, corporeis audiuit auribus ter dicentem. Francisce vade, repara domũ meã, quæ, vt cernis, tota destruitur. In eo igitur quod trina vox facta est, tres Ordines ab eo instituẽdos significauit. Hoc figuratũ fuit Genes. viij. in Columba, quæ ter à Noe fuit ab arca missa, hæc enim Colũba significabat institutionem Ordinis Colũbini Farncisci, quem Noe

Origo trium Ordinum sancti Francisci.

Fig. adidẽ;

Noe, ideſt Deus ter emiſit, ideſt ad tres Ordines inſtituendos deſtinauit. Idem quoque figuratũ fuit Geneſ. xl. vbi Ioſeph Patriarcha vidit vitem cũ tribus propaginibus florere: Hæc enim vitis ſignificauit Beatum Franciſcum P. N. qui fuit ſimilis Chriſto, ita quod de ipſo dici po-

Apoc. c. 1. teſt illud, quod ait Ioannes Euangeliſta, Apoc. 1. *Vidi ſimilem Filio hominis.* Ipſe autem Do-

Ioan. 15. minus Ieſus, de ſe ipſo ait Ioan. xv. *Ego ſum vitis vera.* Et ſimiliter Beatus Franciſcus P. N. dicere poteſt illud Eccleſ. xxiiij. *Ego quaſi vi-*

Eccle. 24. *tis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis*: Hæc enim vitis ſcilicet Beatus Franciſcus P. N. emiſit tres propagines ideſt tres Ordines, é quibus multi

Cantus Eccleſ. in laudem trium Ordinum S. Franciſ. Anno Dñi 1221. flores, & fructus emanauerũt. De iſtis tribus Ordinibus in eius laudem canit Eccleſia: *Tres Ordines hic ordinat. Primum què fratrum nominat Minorum, pauperum què fit dominarum medius, ſed pœnitentium tertius ſexum capit vtrumquè.* Anno quarto decimo à conuerſione ſua ad Chriſtum, Seraphicus Franciſcus P. N. diuina inſpiratione, mediante ferventi prædicatione, zeloque charitatis tertium ſacrum Or-

S. Bonauen. in laudem D. Franciſ. dinem de Pœnitentia inſtituit; Vnde de illo ait Sanctus Bonauentura in quarta parte legendæ

maio-

maioris: *Factus igitur Euangelicus præco, Ciuitates circuibat, & castra, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute Spiritus annuntians Regnum Dei, Domino dirigente, loquente reuelationibus præuijs, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Erant autem ipsius eloquia virtute Spiritus Sancti plena, & medullas cordis penetrantia, ita vt in vehementem stuporem audientes conuerterent, & obstinatorum mentes efficacia virtuosa mollirent. Vnde prædicationis eius feruore succensi plurimi vtriusq; sexus in coniugali pudicitia Domino famulantes, secundum formam à viro Dei acceptam nouis se pœnitentiæ legibus vinciebant. Summus Pontifex Nicolaus IV. Regulam, & Tertium Ordinem Beati Francisci (quem de Pœnitentia appellauit: per quem almus cõfessor homines vtriusque sexus fideles, spiritu Dei plenus saluare contendebat) confirmauit, & approbauit, & priuilegium incipit: *Supra montem Catholicæ Fidei.* Et similiter Celestinus V. & Alexander IV. & Clem. V. & Ioannes XXII & Leo.X.& multi alij Pontifices. Multi Illustrissimi viri, & fœminæ, potentissimiq; magnates, & sapientissimi Doctores, & in maximis dignitatibus cõ-

Nicolaus IV. nostrũ Ordinem cõfirmauit & approbauit.

ſtituti hunc Sacrum Ordinem de Pœnitentia intrauerunt, & Regulam eius obſeruarunt, quorum plures ſancta Romana Eccleſia ſanctorum Cathalogo adſcripſit. Canonizati de viris: Sanctus Ludouicus Rex Franciæ Confeſſor. Sanctus Elzearius Comes Ariani Confeſſor, Sanctus Yuo Iuris vtriuſq; Doctor, Preſbyter, & Confeſſor. S. Rochus Confeſ. S. Lucius Confeſ. qui fuit primus ſanctus de iſto ſacro Ordine de Pœnitentia. Canonizatæ de mulieribus; Sancta Eliſabeth filia Regis Vngariæ. Sancta Eliſabeth Portugaliæ Reginæ. Sancta Roſa de Viterbo virgo. Sancta Angela de Fulgineo cótinens, quæ duodecim annis quotidie ſumpſit Dominicum corpus, nihil aliud manducans: ſed illo cibo cœleſti refecta, orationi, & cótemplationi vacabat. Alij plures beatiſsimi viri, & mulieres infinitis claruere miraculis; ſcilicet de viris: Beatus Lucius, ſive Lucheſius. Beatus Nicolucius de Senis. Beatus Iacobus de Laude ſacerdos, & miraculis clarus. Beatus Petrus Romanus, qui ſub Soldano fuit martyrio affectus Beatus Bonazicus de Vulterra. Beatus Petrus de Colle. Beatus Alexander de Peruſio. Beatus Leo Archiepiſcopus Mediolani. Beatus Galterus Epiſcopus Triuiſij. Beatus Ricardus

Nullus Ordo adeô floruit viris in ſignibus atque fœminis ſic ut noſter.

dus Episcopus Fassombroni. Beatus Alexāder Magister sacræ Theologiæ. Beatus Carolus. Beatus Laudon de Monte feltro, Beatus Ioannes de Vrbino. Beatus Ioannes de Rabena. Beatus Torellus de Pupio. Beatus Bartholus de Sancto Geminiano. Beatus Petrus Pectinarius de Senis. Beatus Robertus Dominus Arimini. Beatus Thomasutius de Fulgineo Propheta, ac miraculis clarissimus. Beatus Conradus Placentinus. ¶ De fœminis; Beata Margarita de Corthona. Beata Bonadona de Podio Bonci vxor Beati Luchesij. Beata Emiliana de Florencia. Beata Elisabeth Imperatrix Romanorum, vxor Caroli quarti Regis Francorum, & Imperatoris; quæ miraculis corruscauit. Beata Blanca Regina Franciæ, mater sancti Ludouici Regis, quæ signis, & miraculis claruit. Beata Delphina vxor sancti Elzearij, quæ in matrimonio seruauit perpetuam viginitaté, Beata Mea de Senis. Beata Paschalma de Fulgino. Beata Michaelina de Pesauro. Beata Beatrix de Rusconibus Comitissa, quæ multis miraculis claruit, est sepulta Mediolani in Ecclesia sancti Angelj. Cum veritate iste sacer Ordo de Pœnitentia commendari potest de sanctitate; & nobilitate; nam ultta personas supe-

ſuperiùs enarratas, iſtum quoque habitum induit quædam Imperatrix Conſtantinopolis, Et vna Regina Cathaloniæ, & Rex Iacobus, Dux Sarbundiæ. Et quædam Regina Vngariæ, quæ fecit Monaſterium Campi Regis in Auſtria, & Domina ſoror Agnes filia Regis Fráciæ; & quædam filia Regis Angliæ, & Domina ſoror Maria filia Regis Portugaliæ, & domina ſoror Maria filia Regis Vngariæ, Duces, & Duciſſas, Comites, & Comitiſſas huius ſacri Ordinis de Pœnitentia longum nimis foret recitare, & ideô dumtaxat poſſui Imperiale, ac Regium genus concernétes. Non eſt Religio, quæ in tot Regibus & Reginis vndiq; abundarit, ſicut ſacer Ordo de pœnitentia noſter. Et Dominus Lanzalotus de Decio Iuris vtriuſque Doctor peritiſsimus, ac Lector in ſtudio Papienſi cum alijs, quaſi innumerabilibus. Multi quoque hodiernis temporibus, tam viri, quàm mulieres per diverſas mundi partes ſunt in iſto ſacro Ordine generoſitate magnifici. Et ideò ipſi Ordini poteſt dici illud Eſai. 40. *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui.* Et illud Pſalm. 44. *filiæ Règum in horore tuo*, &c. Temporis decurſu huius ſacri Ordinis de Pœnitentia incrementum tantùm fuit, vt

non

non solum coniugati, mundiq; huius incolæ, pro quibus Beatus Franciscus P. N. Tertium Ordinem instituit, verum etiam hodiernis temporibus multi viri sanctitate præclari, insignes, & sapientissimi, qui prædicant Verbum Dei, & innumerarum virginum chori, tribus essentialibus, & a quibusdam Monialibus etiam clausuræ, Apostolica authoritate Assumptis votis, constructis Monasterijs quam plurimis, non sine militantis Ecclesiæ fructu multiplici, & ædificatione sacri Ordinis de Pœnitentia, iugo sua colla subdiderunt. Quare cum hæc omnia paterent Summo Pontifici Clementi VII. atque animo volutaret, quantum supra nominatus sacer Ordo de Pœnitentia esset dignus augeri: Per suam Bullam plumbeam cum filis sericis, rubei, croceiq; coloris, more Romanæ Curiæ impendentibus, gratis concessam, ad perpetuã rei memoriam; hunc ipsum Ordinem confirmauit, & comprobauit, atque denuo concessit eidem sacro Ordini de Pœnitentia innumerabiles Indulgentias, & concessiones: Augens, & decorans ipsum multis præeminentijs, gratijs, libertatibus, exemptionibus, indultis, prærogatiuis, & immunitatibus. Voluit præterea, atque iussit, quemadmodum idem Ordo de

Clemens 7. denuo con decorauit nostrũ Ordinem, con firmatione & cõprobatione multisque privilegijs.

Pœ-

Pœnitentia alijs multis litteris Apoſtolicis fuerit liber, & exemptus à cæteris Ordinibus, quos noſter Seraphicus Pater Franciſcus ſanxerat, & conſtituerat; & vt ſtatutum eſt, ordinatum, præceptum, & iudicatum in Iudicio contradictorio in Curia Romana inter alios Ordines, & primam Regulam, & ſuper hac re fuerũt tres ſenteniæ conformes, & executoriales, ſuper illis quarta ſententia pronuntiata per modum reſtitutionis ab ipſis ſacræ Rotæ Auditoribus in confirmatione aliarum cum executorialibus ſuper illis omnibus; quod non habeant commixtionem, neque adnexionem cum vlla illarum. Sic nunc authoritate Appſtolica exemit, excepit, & omnino ſeparauit dictum ſacrum Ordinem noſtrum de Pœnitentia à reliquis Ordinibus ſancti Franciſci P.N. nec ſinit, vt inter ſe vllam habeant commixtionem: quin potiùs ſit liber, exemptus, atque per ſe Ordo principalis Mendicantium ſicut cæteri Ordines, neque habeat quiſquam Prælatus, nec perſona cuiuſvis alterius Ordinis, ſiue Minorum Obſeruantium, ſiue familiæ, & Clauſtræ, dominium ſuper dictum Ordinem noſtrum, neque ingreſſum.

Item voluit idem Summus Pontifex, vt

huius

huius Ordinis sacri de Pœnitentia Minster Generalis ad tempus præscriptum deputatus, sit tantum subiectus Sedi Apostolicæ, ipsum cum vniuersali Ordine protegenti. Item concessit, vt hic Ordo inscribatur, et intituletur; sacer Ordo de Pœnitentia Regularis Obseruantiæ Seraphici Patris Francisci. Idem Summus Pontifex concessit, vt omnes status huius sacri Ordinis de Pœnitentia qui sunt tres. Primus, Fratrum, Secundus, Monialium. Tertius, qui sexum capit vtrunque, quod omnes sint veri Religiosi eiusdem Ordinis, & concesit quôd omnes tres status, domicilia, monasteria, eorumq; omnia bona, omnes clientes, & familiares similiter, & æqualiter gaudeant eisdem priuilegijs, & immunitatibus, gratijs, fauoribus, & concessionibus, ac indultis spiritualibus, & temporalibus côncessis, & imposterum concedendis quatuor Ordinibus Mendicantium, & etiam Ordini sanctæ Claræ. Item defendit, prohibet, præcipit, atque inhibet sut pœna excommunicationis latæ sententiæ, & su pœna priuationis dignitatum, officiorum, & beneficiorum, atque inhabilitationis aliorum impetrandorum per viam statutorum, & declarationis, & ordinationis, ne impostetum frater quisquã cuiusque

Noster Generalis tãtũ Pontifici subiectus est.

Gaudet noster Odo priuilegijs Mẽdicantium, Ordinũ atq̃ S. Claræ.

qualitatis, & conditionis ſit, audeat huius Religionis Fratres, & Moniales, Terciarios nominare, vt à nonnullis cótumeliosè appellantur; ſed vocentur Fratres, & Moniales ſacri Ordinis de Pœnitentia Regularis Obſeruantiæ ſeraphci Patris Franciſci, & ſic compellentur in ſuis ſcripturis, & publicis actibus; & in alijs quibuſcumque rebus: neque nominentur alio vocabulo minùs honor fico, neque in horum Monaſteria ingrediantur, aut domicilia, ve qualiacumque, alia bona, neque viſitentur à Magiſtris, Miniſtris Generalibus dictorum Ordinum Obſeruantiæ familiæ, aut clauſtræ, neque per ipſorum Commiſſarios, vel Vicarios, vel per Ordinarios, aut per quamlibet aliam perſonam, neque aliquo modo velint inquetare, perturbare, aut moleſtare dictos tres ſtatus ſacri Ordinis de Pœniteutia, vel eorum Miniſtrum Generalem in obedientia, viſitatione, correptione, ſuperioritate, aut officio, ſiue olim quouis modo publicè, vel ocultè per virtutem qualiumcumque Bullarum, & gratiarum Apoſtolicarum, quas habeant conceſſas vel impoſterum concedendas, quas vniuerſas abrogauit cum interpoſitione irritantis decreti à cuius criminis pœna à nemine alio

alio, prætérquám â Summo Pontifice poſsint abſolui.

Item idem Summus Potifex conceſsit, & approbauit omnes gratias, libertates, & ſtatuta a ſancta Sede Apoſtolica indulta, & conceſſa, quæcumque ante hac facta ſunt, & vſitata, & impoſterum vſitanda comprobauit ſimul cum alijs, ritus, vſus, conſuetudines, conſtitutiones, adque capitula per Religioſos huius ſacri Ordinis de Pœnitentia inſtituta, & celebrata, vt latiùs hæc alia multa continentur in dicta Bulla tribus ſtatibus ſacri Ordinis de Pœnitentia conceſſa, quæ incipit; ad vberes fructus. Et iuxta voluntatem Domini ſeparando pretioſum à vili, qui libet ſtatus trium habet Regulan diſtinctam. Omnia ſupradicta de nuo, Gregorius XIII. Pontifex Max:mus confirmauit, & approbauit. Sequitur Regula primi ſtatus.

[?]

FINIS PROLOGI.

D. PAPA.

GREGORIVS IX.

IN LAVDEM DIVI.

FRAGISCI.



FRanciscus Princeps inclitus
Signum regale baiulat,
Et celebrat Concilium
Per cuncta mundi climata;
Contra Draconis schismata
Acies trinas ordinat
Expeditorum militum
Et tres cateruas Dæmonum,
Quas Draco semper roborat.



IN

IN NOMINE DOMINI.

INCIPIT REGVLA

ET VITA FRATRVM SACRI Ordinis de Pœnitentia Regularis Obſeruantiæ Seraphici Patris noſtri Franciſci. Habet decem Capitula. quia in decem Præceptis continetur Lex Diuina.

CAPITVLVM I.

De his quæ debent promittere volentes hunc Ordinem intrare.



OENITENTIAM agite [ait Dominus] appropinquauit enim Regnũ Cœlorũ. Vera pœnitẽtia eſt auro rutilantior, Sole ſplendidior, cũctis theſauris melior: nam omnia ligata ſoluit, & Paradiſũ aperit. Idcirco huius ſacri Ordinis de Pœnitentia vniuerſi fratres, ſalutis æternæ viã, regulã, & vitã imitãtes, Matth. 3. & 4.

ac decem mandata diuina,& Ecclesiæ præcepta salubriter obseruantes, & sacra consilia scãdere contendentes sanctissimo Domino nostro Papæ, & eius successoribus Canonicê intrãtibus, & Ecclesiæ Romanæ fideliter obediant, ac sub votis Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis perseuerãter viuere promittãt.

Matth. 16. Lucæ. 9. De quibus votis dicit Dominus in sancto Euangelio. De Obedientia: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. De Castitate: Sunt Eunuchi, qui se castrauerut propter Regnum

Matth. 19 Cœlorum, De Paupertate: Si vis Perfectus esse vade, & vende omnia, quæ habes & da Pauperibus, & habebis thesaurum in Cœlo, & veni sequere me.

Matth. 19. In super Ministro Generali, qui est, & illi pro tempore succedenti humiliter pareant, & ab hac Regula, & vita nunquam recedant, memores quod frustra bonum in choatur, si ante vitæ terminum desetatur, solisque

Matth. 1. perseuerantibus Corona datur. Nam qui perseuerauit vsque in finem, hic salvus erit.

CAPI-

CAPITVLVM IJ.

De Nouitiorum ingressu, & Magistro ipsorum.



DICT DOMINVS, qui non intrat per ostium, sed ascendit aliumde, ille fur est, & latro. Ideo ad hunc Ordinem vitæ zelo, & maioris Pœnitentiæ intuitu migrare cupiens, per eiusdem Ordinis Ministrum Generalem, vel per habentem eius authoritatem, & facultatem recipiẽdi Fratres ad Ordinem, solummodo recipiatur, & non per alios. Et veniens ad Ordinem diligenter examinetur de Fide Catholica, & de Ecclesiasticis Sacramentis. Dixit Dominus cæco â natiuitate, tu credis in Filium Dei? Ita quod sit fidelis, & Catholicus: de nullo errore suspectus, matrimonio non ligatus per copulam carnalem, corpore sanus, animò promptus, legitimê natus, debitis expeditus, conditione liber, nullà vulgari infamia maculatus, competenter litteratus; vel ad allios labores fratribus honestos, & vtiles aptus, aut talis conditionis exsi

Ioan. 10.

Ioan. 9.

Conditiones recipiẽdorum.

Concil. Trid. ait Sess. 25. cp. 15. professio nõ fiat ante decimum sextum annum expletum.

existens; quod eius receptio clero, & populo non modicam ædificacionem afferat. Nullus recipiatur ad Ordinem pro fratre Clerico, nec etiam pro laico, aut oblato, nisi annum quartumdecimum compleuerit. Nullus professus in Ordine Mendicãtium, aut alterius Ordinis recipiatur, sine licentia Papæ. Siquis aliter receptus fuerit, non admittatur ad professioné; admissus expellatur. In quolibet Conuentu assignetur Magister Nouitiorum, vir maturus, discretus, deuotus; qui super ipsorum curam in vigilet diligenter. Huiusmodi autem Nouitij suæ probationis tempore, studió scholastico non intendant, sed diuinum addiscentes officium, studió deuotionis, & orationis vigilanter insistant. Ad tractatus quoq; Capituli infra annum nullatenus admitantur, nec Ordines sacros suscipiant; nec confessiones audiant, si fuerint sacerdotes, nec portam Conuentus exeant, nisi causa generalis processionis, vel emergentis necessitatis, vel alia iusta, & rationabili causa, quæ per Ministrum extiterit iudicata. Nec litteras mitant, vel recipiant sine sui Magistri scitu, & licentia speciali. Nec loquantur cum aliqua sæculari persona, nisi suo præsenti Magistro, aut alio per Ministrum ad

hoc

hoc specialiter de putato. Nec redire volentes importunè ad seculum impediantur, quia nouit Dominus qui sunt eius. Præterea elapso continuæ probationis anno, & non anteà, si à fratribus professis, & potissimum ab informatore suo, scilicet à Magistro, Nouitius bonum testimoniũ habuerit, ad professionem recipi poterit; ipse verô taliter receptus, in statu professionis suæ perpetuò remaneat. Memor quòd dicit Dominus in sacro Enangelio: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est Regno Dei.

2. at Tim. 2

Luca. 9.

CAPITVLVM III.

De forma habitus, & qualitate indumentorum professorum, & Nouitiorum, & de tonsura.



DICIT Dominus in sancto Euangelio: Ecce qui mollibus vestiũtur in domibus Regum sunt. Quapropter omnium fratrũ clericorum, & laicorum habitus sit talaris, & honestus, de panno abiecto, & lana naturaliter nigra, & sine tinctura.

Matt. 11. De habitu.

Circa habitus colorem est specialis Bnlla Pauli V.

De Capucio. con texto. Illorum etiam capucium [eiusdem coloris existat retro, & ante acutum, in modum Crucis, à parte posteriori cingulum non excedat, in ateriori parte vsq; ad os stomachi transeat. Pro cingulo autem chordam habeant minimè curiosam. Chlamys sit coloris habitus ex panno vili, & humili, quam fratres habêant, non rugatam circa collum, vel crispatam, nec vsque ad terram per integrum saltem dimidium palmum protensam, & in forma seruetur modus honestus, omni curiositate penitus abdicata, Habeant calceamēta de corio nigro[& qui voluerint, possunt ferre sandalia] similibus indumentis vtantur cuncti fratres, Nouitij, Clerici, & Laici, nisi quod nouitij pro capucio portent caparonem. Poterunt autē singuli, prout exegerit necessitas personæ, aut loci, aut temporis sub habitu suo portare tunicas aluas, & tunicelas ex humili panno. Et similiter fœmoralia, & caligas à genu vsque ad talos. Tonsuram de super aures tam clerici, quam laici sibi fieri procurent; ad quindenam autem semper omnes radantur. Et sit tonsura clericorum non modica, vt decet Religiosos, scilicet, vt inter ipsam, & aures, non sint plusquam tres digiti. Cùm fratres huius sacri Ordinis dicatur

De cohorda.

De chlamide.

De tonsura.

admonitio.

de Pœnitentia, opportet eos ab omni curiositate, tam in vestibus, quàm in alijs quibuscúq; abstinere. Et iuxta Apostolicnm Principis Beati Petri salubre consilium: depositis cæteris vanis huius sæculi ornamentis; nullum ornamentum corporale portare debent, nisi solum humile, & necessarium tegumentum corporis sui De Ioanne Baptista legitur in santo Euangelio, ipse Ioannes habebat vestimentum de pilis Camelorum. Matt. 3. Marci, 1.

CAPITVLVM IV.

De Diuini Oficio, Oratione, Confessione, Communione, & silentio.



VRBÆ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebátur clamabát dicentes: Hó Sannafilio Dauid; benedictus qui venit in nomine Domini, Hò Sanna in altissimis. Itaquè Laudibus diuinis fratres huius sacri Ordinis de Pœnitentia in Clericos assumpti reuerenter, ac ceremonialiter persoluant Diuinum Officium, iuxta Roma- Matth. 2. De diuino officio.

manæ Eccelſiæ ritum. Et vniformiter teneant Kalendarium à Capitulo generali approuatum Et ex permiſſu, & conceſsione Miniſtri Generalis poſsint obtinere, atque retinere qualiacumque beneficia, quæ à clericis ſæcularibus obtinentur: dummodo non ſint capitularia.

Matth.6. De laicis.

Dicit Dominus in Euangelio: cùm oratis, dicite, Paternoſter. Laici dicant viginti quatuor Paternoſter pro matutino: pro laudibus quinque: pro prima, tertia, ſexta, nona, pro qualibet iſtarum horarum ſeptẽ: pro veſperis duodecim: pro Completorio ſeptem: Et quoties dicant Orationem Domnicam, & toties Salutationem Angelicam, Aue Maria, cùm verſiculis, Gloria Patri, Sicut erat, &c ſingulis vltimis cuiuslibet horæ ſalutationibus additis. Qui modus in Officio Beatæ Mariæ Virginis per omnia obſeruetur. Pro defunſtorum officio, dicant in veſperis ſeptem Paternoſter, & toties Aue Maria, cum verſiculo Requiem æternam, Pro matutino, & laudibus duodecim Paternoſter, & toties Ave Maria, cùm Requem æternam, tempore, quo fratres clerici fatiunt Officium mortuorum. Ad illud autem altiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum diligenter ſe præparent omnes fratres, & vt hoc melius fiat, fra-

fratres, clerici, & laici Confessoribus Ordinis deputatis confiteátur. Sacerdotes bis ad minus in qualibet septimana. Fratres vero non Sacerdotes confiteantur in diebus, ac festis Natalis Domini, feria iiij. Cinerum: Cœnæ ipsius Domini, Pentecostes, & Assumptionis Virginis Mariæ: & Seraphici Patris nostri Francisci, & omnium sanctorū solemnitate, & de quindena in quindenam semper communicent in Missa Conuentus, nisi remanserint de licentia Ministri, & de hoc sint soliciti, vt per vtriusque Sacramenti frequentiam, sanctæ conuersationis in vtroque homine puritas obseruetur. Contriti, & confessi sumant Corpus, & Sanginem Domini nostri Iesu Christi cum magna humilitate, & veneratione, attendentes quod ipse Dominus dicit. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & hoc facite in meam commemorationem. Quolibet autem die fratres laici audiant Missam. Singuli tam sacerdotes, quàm reliqui orationis sanctæ studium non prætermittant, memores, quod puræ, & assiduæ orationis iustorum magna sit virtus, ac velut fidelis nuntius mandatum peragit, & penetrat, quò caro non peruenit. Vt autem omnibus potior orandi

De Confessione, & Communione fratrum nō sacerdotū

Ioan. 6.
1. Corinth. 11.

De siledtio

de oratione

detur

detur occasio; moneantur singuli, quatenùs solicitê dent operá Euangelico silentio; ita quod in Ecclesia, claustro ac dormitorio omni tempore, in refectorio veró in prima mensa, & secunda; & â Completorio vsque ad primam silétium seruare studeant; aliâs summisse, ac religiose loqui studentes. Nihilominus tamen, si quid ipsis temporibus, & locis silentio dedicatis, necessarium loquendum contigerit, verbis paucis, ac demissis; quæ dicenda fuerint, breuiter cõcludantur. Omnes fratres, excluso ocio animæ inimico studeant semper orationi, vel alicui bonæ operationi insistere, vt illos occupatos diabolus inueniat, nihil est in sancto proposito deterius ocio. Vnde Dominus ait, quid hic statis tota die otiosi?

CAPITVLVM V.

De Ieiunio, Disciplina, & Capitulo culparum.

Matth. 6.



VM ieiunatis, dicit Dominus; nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam

Tu

Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuũ, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunás, sed Patri tuo, qui est in abscondito, & Pater tu us, qui videt in abscondito, reddet tibi. Ieiunium corporale mentem purgat, sensum subleuat, carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscientiæ pabula dispergit, atque libidinum ardores extinguit, & castitatis lumen accendit. Ea proter singuli fratres, clerici, & laici, membra sua cum vitijs & concupiscẽtijs, crucifigentes vniformiter à prima Dominica aduentus vsque ad Natiuitatem Domini ieiunent quotidie, iuncta Quadragesima vniuersalis Ecclesiæ vsque ad Resurrectionem Domini: quam tamen à Quinquagesima incipere debent. Et à festo omnium Sanctorum vsque ad Resurrectionem Domini feria quarta ieiunare teneantur, ac similiter qualibet sexta feria totius anni, & omnibus diebus in quibus ab Ecclesia est in dictum ieiunium. Vigilia Seraphici P.N. Francisci ieiunetur. Tempore vero manifestæ necessitatis, non teneantur fratres ieiunio corporali. Legitur in sancto Euangelio, quod abijt Iesus per sata Sabbato, Discipuli autem eius esurientes, cœperunt vellere spicas, & manducare. Cuncti Matth. 12. Marci.

fratres, clerici, & laici, perpetuis temporibus, feria quarta, sexta, & Sabbato [excepto Dominicæ Natiuitatis festo] carnes non comedant. Cum infirmis, & debilibus poterit Ministe. dispensare, secundùm quòd necessitati viderit expedire. Diebus verò, quibus non ieiunatur, bis in die dumtaxat comedát, & semper in mẽsa Conuentus lectio habeatur. In tempore Aduentus, in feria quarta, & sexta: & in maiori quadragesima feria secunda, quarta, & sexta cuncti fratres, clerici, & laici faciant disciplinam, nisi festũ duplex occurrat. Infirmi, et debiles â disciplina excusentur. Semel in hebdomada in ferijs sextis ad minus, Minister fratres suos pro ipsorum monitione, ordinatione, & reformatione teneatur Capitulum conuocare, in quo quotidianæ culpæ, & negligentiæ plenè, & sigillatim recognoscantur, & recognitæ debitè puniantur. Si qui fratrum, instigante inimico, mortaliter peccauerint, cum misericordia iniungant illis pœnitentiam: & cauere debent prælati ne irascantur, & conturbentur propter peccatum alicuius: quia ira, & conturbatio in se, & in alijs impediunt charitatem. Irati Iudæi voluerunt præcipitare Dominum: et recordentur, quia omnis qui irascitur

Dispẽsatio.

De disciplina.

De cap. culparum.

Matth. 13

tur fratri suo, reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo raca reus erit cõcilio, qui autem dixerit fatue reus erit gehennæ ignis.

CAPITVLVM VI.

De Prædicatoribus, Confessoribus, de ordinandis, de hospitibus, de eleemosyna, & quomodo fratres debent ire per mundum.



I CÆCVS CÆCO ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Ea propter nullus frater populo penitús audeat prædicare, nisi à Ministro Generali huius fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus; & ab eo officium prædicationis sibi concessum. Prædicatores in prædicatione, quam faciũt, sint examinata, & casta eorum eloquia, ad vtilitatem, & ædificationem populi, annũtiando eis vitia, & virtutes, pœnan, & gloriam cum breuitate sermonis; quia verbũ abbreuiatũ fecit Dñs super terrã. Quicũq; fratrũ diuina inspiratione, voluerint ire inter Sarracenos, & alios infideles, sicut oues in-

Matth. 15.

De prædicatoribus.

Admonicio

Romanrũ.

ter lupos, petant licentiã à Ministro Generali Minister Generalis nullis eundi licentiam tribuat, nisi eis quos viderit idoneos admitendũ.

De Confessoribus.

Priusquam fratres ad confessionum audiendarum officia promoueantur, examinentur à Ministro Generali, & assumatur testimonium de eorum vita, & sufficientia à fratribus fidedignis, & notitiam eorum habentibus, & de ipsorum consilio deputentur.

De ordinibus sacris.

Fratres sacros ordines non recipiant sine Ministri Generalis, vel gerentis eius vices, licentia. Et quicumque cõtrafecerit à suscepto ordine suspendatur, nec promoueatur ad sacerdotium, nisi ætatis suæ attigerit vigesimum quintum annum, & prius steterit per duos annos in Religione, & sit competenter litteratus.

Vide Concil. Trid. Ses 23. c. 12 de reformat.

Professus pro laico non promoueatur ad clericatum, sine Ministri Generalis licentia. Fratres omnes hospites recipiantur in visceribus charitatis maximè venientes de extraneis partibus, ac remotis. Memores, quod dicit Dominus: Hospes eram, & collegistis me.

Matth. 25.

De eleemosyna, quod nõ licẽciãtur fratres ad peregrinationis.

Fratres tanquàm peregrini, & advenæ in hoc sæculo in paupertate, & humilitate Dño famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter: nec opportet eos verecundari, quia Dñs pro nobis se fecit pauperẽ in hoc mundo.

Ad

Ad euitandum diſcurſus, & tollendam materiam euagationis: nullus Miniſter poſsit licentiare fratres ad peregrinationes, abſque Miniſtri Generalis aſſenſu. Nullus frater exeat extra ſuum Conuentum, vel Prouinciam, etiam prætextu recurſus ad Prælatum ſuperiorem, ſine licentia Miniſtri, quando exit locum; vel Miniſtri Generalis, quando exit Prouinciam.

Demodo exeundi prouintiā, vel Conuentū

Fratres quando vaduñt per mundum, non litigent, nec cōntendant verbis, nec alios iudicet, ſed ſint mites, pacifici, & modeſti, manſueti, & humiles, honeſtê loquentes omnibus, ſicut decet. Vadantque vini; dicitur in ſancto Euangelio: & miſsit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipſe venturus. In quamcumque domum intrauerint, dicant; Pax huic domui, & ſecundum ſanctum Euangelium; de omnibus cibis, qui apponuntur eis liceat manducare.

Quomodo fratres debent ire per mundum. Admonitio

Luca: 10:

Dicit Dominus; maducate, quæ appenuntur vobis.

Ibidm.

E2 CAPI-

CAPITVLVM VII.

De cura infirmorum, & Officio mortuorum.

Ioann. 13



ICIT Dñs in sancto Euãgelio: mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt, & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Itaq; charitatis opera super omnia Dñs noster commẽdauit nobis. Vbi charitas, & amor, Deus ibi est, qui non habet charitatẽ, nihil habet. Eapropter habeatur ægritudinarium in saniori loco totius domus, vbi infirmi curentur, & visitentur à Medico ad hoc deputato. & habeant infirmarium. Alij fratres debent seruire infirmis, sicut vellent sibi seruiri. Si quis frater, clericus, vel laicus in infirmitatem ceciderit, Minister domus quotidie per se, vel per aliam personã uisitare teneatur, & de bonis cõmunibus omnia necessaria diligenter faciat illi ministrari. Teneatur que infirmũ monere ad pœnitentiam acceptãdam, veranque combersionem ad Deũ facien-

De infirmorum agritudinario.

faciendam, mortis propinquitatem, & iudicij Diuini districtionem, simulque diuinam misericordiam proponendo. Circa Diuinum Officium dispenset Minister cum infirmis. Infirmus referat de omnibus gratias Creatori, & qualem vult eum Dominus, talem se esse desideret, siuè sanum, siuè infirmum; quia omnes, quos Deus ad vitam præordinauit æternã, flagellorumque atque infirmitatum stimulis, & compunctionis spiritu erudit, sicut dicitur in Apocalipsi: Ego quos amo, corrigo, & castigo. Si autem turbabitur, siuè irascetur contra Deum, siuè contra fratres, vel si fortê solicitè postulauerit medicinas, nimis desiderans liberare carnem citò morituram, quæ est animæ inimica, à malo sibi euenit & carnalis est, & non videtur esse de fratribus, quia plus diligit corpus, quam animam. Postquám aliquis frater ab hac luce migrauerit, curabit minister, quod eius exequiæ solemniter celebrentur; quibus omnes fratres illius domus, vbi ipsum mori contigerit, personaliter inter esse debent, nec recedere, donec corpus traditũ sit sepulturæ. Et pro anima cuius libet defuncti, infra nouem dies quilibet sacerdos unam Missam, scientes autem Psalterium, quinquaginta Psalmos; nescientes verò quinquaginta

Dispẽsatio.

De exequijs faciẽdis.

De recitandis pro defunctis.

ginta Paternoster, & in fiine cuius libet, Requié æternam dicere teneantur. In fine autem cuius libet anni, seu infra quem libet annum qui libe t sacerdos tres Missas pro defunctis, sciétes Psalterium, vnum Platerium: nescientes verò centum Paternoster, cum Requiem æternam in fine cuius libet dicere debeant. Et circa ista Officia pro defunctis, & alia Officia Diuina in prasenti serié annexa, cura imponitur Ministris, vt fideliter persoluantur. Memores quod
Matth. 7. dicit Dominus, quecumque vultis, vt faciant vobisi homines, & vos facite illis.

CAPITVLVM VIII.

De electioni Ministri Generalis, & temporis duratione, & de Capitulo Generali.



AGISTER VESTER vnus est Christus, omnes vos fratres estis, vnus est Pater vester, qui in Cœlis est. Et sic totius ouilis fiat
Ioann. 10. vnus Pastor. Itaque vniuer-
Matth. 23. si fratres istius Religionis teneantur semper habere Ministrum Generalem, sacerdo-

dotem professum eiusdem Ordinis, & seruum totius fraternitatis, & ei teneantur omnes fideliter obedire. Electio Ministri Generalis fiat de triennio in triennium in Capitulo Generali, celebrato Dominica proxima ante festū sancti Ioannis ante Portam Latinam, in Monasterio Sanstæ Mariæ de Valle Diœcesis Astoricensis, vel in alio Monasterio Ordinis, vbi Capitulum Generale fuerit assignatū. Conueniant Ministri pariter, & discreti Procuratores suorū Monasteriorum ad celebrationem Capituli Generalis, exceptis impeditis, aut per ægritudinem, aut senectutem, aut aliam iustam causam. Cum autem contigerit ex prædictis aliquem, seu aliquos ad Capitulum Generale nō venire, nihil eorum, quæ expedienda sunt per Capitulum, omittatur. Monasteria habeant duo vota, videlicet votum Ministri, & votum discreti in nomine communitatis. Discretus ferat potestatem Conuentus in scriptis subscriptam â Religiosis sui Conuentus. Et pro die designato celebrationi Capituli Generalis, cōgregatis prædictis Ministris, & discretis Procuratoribus, cantata Missa de Spiritu Sancto, fiat sermo fratribus in communi. Deinde ingressi Capitulum, ante omnia eligant per vota vnum

Circa electiones speciali decreto Pauli V. confirmante erectionem huius prouinciæ aliter dispositum est.

vnum Præsidentem, & quatuor Diffinitores, vnum scribam, bonos viros, sapientes, Deum timentes. Scriba solùm ad Præsidentis, & Diffinitorum electionem, accipiat vota iurata, & sint electi per maiorem partem votorum. Si fuerit paritas in votis, præferatur electio in qua Minister Generalis vouerit. Quibus electis, Minister Generalis coram omnibus se accuset, & renuntiet officium in manibus Præsidentis, & exhibeat illi sigillum, & egrediatur. Et postquàm Minister Generalis renuntiauerit suum officium, Præsidens præsideat, & habeat Capitulum Generale, vt Prælatus, & audiat quærelas omnium, faciens, & administrans iustitiam, vt viderit expedire, secundum statuta Religionis. Litteræ testimoniales discretorum Procuratorum, Præsidenti, & Diffinitoribus præsententur coram omnibus legendæ. Vota absentium, & eorum qui sunt voce priuati, suppleantur. Electores electionem Ministri Generalis faciant per scrutinium, accipiendo vota iurata, & vota sint æqualia in qualitate. Præsidens, & Diffinitores, & Scriba voueant primnm; deinde Ministri, post autem discreti Procuratores. Electus per maiorem partem votorum, quæ sit maior medietate, sit Minister

De forma electionis Ministri Generalis.

Generalis: & si fortê fuerit paritas in votis, vouendo in Religiosis, præferatur electio maioris partis Ministrorum. Et si occurrerint in æquali gradu Ministri præferatur electio, vbi fuerit maior pars Diffinitorum: & si fuerit paritas in votis Diffinitorum, præferatur electio, in qua Præsidens Capituli Generalis vouerit. In receptione votorum non sit Præsidens præsens, occupetur tamen, vt celebretur Capitulum Generale breuiter, & pacificè, & quietiûs, quam fieri poterit, donec Minister Generalis sit electus; & ponat super hoc sentẽtias, & censuras excommunicationis, & in omnibus obediatur Præsidenti sicut Prælato. Faciant electionem sancta, & recta intentione. Recordentur electionis sancti Matthiæ Apostoli; super hoc oneramus conscientias electorum. Et publicata electione Ministri Generalis potestas Præsidentis spiret, & cesset. Et imposterum Ministro Generali, sicut Prælato immediato, & mandatis suis in spiritualibus, & temporalibus præsidens, & diffinitores, & Capitulum, & totus Ordo obediant. Officium Ministri Generalis durabit per triennium; quo electo authoritate Apostolica, pro confirmato habeatur.

Nullus frater in dicta electione Minist ri Generalis faciat colligationes, vel inductiones comminando, promittendo, laudando, vel mendaciter detrahendo. Et qui scienter contra ista fecerit, ab omni actu legitimo per decennium suspendatur. Nullus alterius Religionis, aut professionis, nullusque secularis [cuiuscumque status, aut conditionis existat] tractatibus Capituli admittatur. Ministri, et Procuratores discreti deportēt ad Capitulū, numerum defuuctorum fratrum, et sororum â tempore Generalis Captuli proxime præcedentis. Numerus autem defunctorum ibi recitátus ad singulos Cōuentus, vna cum Ordinationibus, et Constitutionibus Capituli Generalis deportetur, vt faciant pro difunctis, quod est consuetum. Et infine assignetur locus Capituli Generalis sequentis. Tandem fiat confessio, et absolutio in communi, perseuerantibus benedictio detur: et Apostatæ anathematicentur. Deinde cantetur: *Te Deum laudamus.* Versus. *Confirma*. Oratic. *Actitnes.*

De electione Commissarij Generalis & commissariorū prouinciarum.

Minister Generalis suo trienio nominet. et eligat vnum Commissarium Generalem et Commissarios Prouinciales, qui sint sacerdotes professi huius sacri Ordinis de Pœnitentia,

vt

vt secum subleuent onera Religionis Minister Generalis in Curia Romana, vel regia occupatus, aut aliqua ægritudine præpeditus, tempore triennij finito, potest Capitulum prorogare. Quod hoc modo fieri debet. Si pro negotio Ordinis detineatur in Curia Romana, per spatium anni valeat Capitulum prorogare; quod si in Curia Regia, per dimidium annum: Si morbo impediatur, aut alia iusta causa, Capitulum differatur à finito triennio, per tres mẽses. Et hoc tempore prorogato, respectivê vtatur suo officio, & habeat eandẽ potestatem, & facultatem, quâm in duratione sui triennij tenebat, sine aliqua limitatione, nec dimunitione.

De prorogatione Capituli generalis.

Quando veró Ministrum Generalem mori contigerit, Commissarius Generalis Ordinem regat, vsque ad Capitulum Genrale; quod tenetur quâm citius poterit celebrare. Huius etiam Ordinis Ministrum Generalem, & Commissarios ab eo deputatos, ac Ministros cum ad fratres diuerterint, reuerenter suscipiant, & illis debitum honorem humiliter impendant. Si verò Minister Genaralis, durante triennio, aut tempore prorogationis, non innitatur iustitiæ, iniustè gubernãs suum officium, & cõtra

De amotione Ministri Generalis.

Deum, & Ordinem, & Ordinis bona, commiſ-ſerit delictum, Præſidens, & Diffinitores Capituli proximi Generalis, puniant, & caſtigent Miniſtrum Generalem, prout ſua delicta exegerint. Si verò ſui exceſſus fuerint adeò enormes & exorbitantes, poſint Præſidens, & Diffinitores conuocare Capitulum Generale: In

Matth. 25. quo attentis dictis exceſibus à maiori parte

Matt. 21. Capituli, poſsit priuari, & amoueri; & valeant eligere alium in ſuo loco, vt ſolet eligi. Dicit Dominus de illo ſeruo malo, & pigro: Tollite itaque ab eo talētum, & date ei, qui habet decem; & alias: malos malè perdet, & vineā ſuā locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.

CAPITVLVM IX.

De electione Miniſtri Conuentualis, & de viſitatione Miniſtri Generalis.



Matth. 20. DOMINVS dicit: quod non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, Et ſic Miniſter, non in Dominum, ſed in ſubditorum ſeruum eligitur. Quælibet domus habeat ſuperiorem iſtius fraternitatis, qui Mi-

niſ-

ister appelletur, & sit sacerdos professus huius sacri Ordinis de Pœnitentia, electus à Monasterio, cui præficiendus est; nisi quando idoneã personan non haberet. Quo casu de alio Monasterio eligi potest. Minister Generalis, aut eius vices gerens, faciat electionem per scrutiniũ, accipiendo vota iurata; & electus per maiorem partem votorum, quæ sit maior medietate, sit Minister Conuentualis. Si fortasis fuerit paritas in votis Religiosorum, præferatur electio maioris partis antiquorum, & seniorũ. Si autem seniores occurrerint inæquali gradu, præferatur electio magis necessaria, & vtilis obsequio Dei, & bono regimini talis Conventus, & electus à Ministro Generali, vel ab eius vices gerenti confirmetur. Officium Ministri durabit per trienniun. Si finito tempore triennij, Minister Generalis non potuerit venire ad Monasterium, ad electionem Ministri; liceat ei illum prorogare ad tempus idoneũ: & toto tempore prorogationis vtatur suo officio, & ministret, & gubernet, vt antè consueuerat.

De electione Ministri Côuĕtuali.

De duratione officij Ministri.

Nullus frater in aliqua electione, seu visitatione, vel promissione alicuius ad aliquod officiũ Ordinis, fâciat colligationes, vel inductiones, comminando, promittendo, laudando, vel

mendaciter detrahēdo: & qui ſcienter contra fecerit, ab omni actu legitimo ſuſpendatur per deccenium. Miniſtri obediant per omnia, quæ ad præſentem Regulam ſpectant, Miniſtro Generali, & Commiſſarijs Viſitatoribus ab eo deputatis, quamdiû in ipſis officijs extiterint. Quo âd alia verò officia intra domū, ſeruabūt ſtatuta ſua. Miniſter cuius libet domus, ſuo

Denominatione Vicarij Conuē tus.

triennio nominet Vicarium Conuentus, qui adiuuet illum ad ſuſtentandum onus offici. Miniſter Generalis acceptet, & recipiat talem nominationem, niſi aliqua rationabili cauſa aliud pertineat; quia in tali caſu, ſi ei vtile, & expediens videatur, poteſt eligere alium Vicarium de Conſilio, & aſſenſu Conuentus, vel maioris partis ipſius. Vicarius Chori, Magiſter Nouitiorum, Sacriſta, Procurator, Depoſitarij, Oſtiarius, & alia officia Conuentus, ponantur in conformitate Miniſtri Generalis, & Miniſtri Conuentualis, cum conſilio diſcretorum Conuentus; & in hoc prouideat Prælatus, habito reſpectu ad obſequium Dei, & commoditatem ſuorum ſubditorum, vt dicat illi

Matth. 25.

Dominus: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudiū Domini tui. Miniſter Generalis viſitabit in triennio

ſemel

emel tantùm quam libet domum fratrum, vel
isitet, prout ordinatum fuerit in Capitulo
Generali. Si in visitatione invenerit aliquem
Ministrum minus sapientem, aut minus com-
modè administrantem; hoc amoto, alium ins-
tituat magis idoneum, & faciat electionem, vt
dictum est. Transferat, commutet fratres ab
vno Monasterio in aliud, prout intellexerit
expedire animarum saluti, & Ordinis conser-
uationi. Non præcipiat aliquid contra animam
suam, & Regulam istam. Dicit Dominus in san-
cto Euangelio: Super Cathedram Moysi se de-
runt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergô quæ-
cumque dixerint vobis, seruate, & facite; secú-
dum opera verô eorum nolite facere; Dicunt
enim, & non faciunt. Alligant enim onera
grauia, & importabilia, & imponunt in hume-
ros hominum; digito autem suo nolũt ea mo-
vere. Debent autem Ministri dicere Ministro
Generali defectus, qui correctione indigent;
similiter, & alij fratres. Visitet, corrigat, & hor
tetur fratres humiliter, & charitativé: recor-
detur, quod dicit Dominus: Si peccauerit in te
frater tuus, vade, & corripe eum interte, & ip-
sum solum. Si aliqui fuerint incorrigibiles,
pertinaces, et scandalosi, iudicio Ministri Gene-
ralis,

De visitatione Ministri Generalis.

Matt. 23.

Matt. 18.

De incorrigibilibus.

neralis, & combentualium domus tanquam morbida pecora, remoto habitu, eijciantur de congregatione. Dixit Dominus; qui autem scādalizaberit vnum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Matth. 18.

CAPITVLVM X.

De admonitione fratrum, & de obligatione contentorum in Regula.

Marc. 7.



MNIS qui viderit mulierem ad concupiscendum eam (ait Dominus) iam mœchatus est eam in corde suo. Idcircô vniuersi fratres nō habeant suspecta consortia mulierum. Nec ingrediantur Monasteria Monialium, præter illos quibus à Ministro Generali concessa est licentia specialis. Nec fiant compatres virorum, vel mulierum, ne hac occasione inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur. Væ homini illi, per quē scandalum venit. Debent etiam

Ad monitio.

Matth. 18.

etiam ab accessu Curiarum Principum, Dominorum, seu Dominarum, vbi mollia huius mūdi [Domino testante] habentur, omninô cavere. Matt. 11.
Nec vllo vnquam tempore Choreis, ludis, iocis, & alijs histrionum vanitatibus interesse. Caveant fratres in quibuscumque festis vestes extraneas, religiosas, seu sæculares, aut clericales, seu mulíebres, etiam sub specie devotionis induere, nec habitus, aut vestes Ordinis sæcularibus pro ludis faciendis, aut similibus vllo modo accommodentur, sub pœna amotionis confusibilis de Conuentu.

Debent quoque esse parci in verbis, & locutionibus, quæ raro sine peccato multiplicantur, & super omnia ab omni mendatio, & iuramento quocumque [iuxta mandatum Christi: sit sermo vester, est, est, nō, non) nisi pro pace, Matth. 5.
fide, calumnia, & testimonio perhibēdo, cauere debent. Et omni die in serò, inter cætera debent examinare se, si vel mendacium, vel iuramentum aliquod fecerint, & pro quolibet, ter Pater noster dicere debent. Nunquam reuelent secreta Ordinis. Caueant fratres ab omni superbia, vanagloria, inuidia, avaritia, detractione, murmuratione, & solicitudine huius sæculi. Matt. 6.
Ait Dominus: Nolite solicitì esse, dicentes;

quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quod operiemur, hæc omnia gentes inquirunt: scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergò primùm Regnum Dei, & iusticiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Attendant, quòd super omnia desiderare debēt habere spiritum Domini, & sanctam eius operationem, orare ad Deum puro corde, & habere humilitatem, & patientiā in persecutione, & infirmitate, & diligere eos, qui nos persequuntur, reprehendunt, & arguunt; quia dicit

Matth. 5. Dominus: Diligite inimicos vestros, & orate pro persequētibus, & calumniantibus vos.

Ibidem. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est Regnum Cœ-

Lucæ. 21. lorum. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Fratres, qui sunt subditi recordentur, quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates, obediant suis Prælatis in omnibus, quæ promisserunt Domino obseruare, & non sint contraria animæ, & Regulæ. Omnis virtus ab obedientia procesit, verùs obediēs mādatum non procrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totum in tùs colligit, vt mandatum peragat imperātis, Recordētur, quod Christus

factus est pro nobis obediēs vsque ad mortem, Philip. 2.
mortem autem Crucis. Et vbicumque sunt fratres, qui scirent, & cognoscerent se non posse Regulam spiritualiter obseruare, ad Ministrū Generalem posint, & debeant recurrere. Minister Generalis caritatiuè, & benignè eos recipiat, & tantam familiaritatem habeat circa ipsos, vt dicere posint, & facere, sicut domini seruo suo. Nam ita debet esse, quòd Minister Generalis sit seruus omnium fratrum. Ait Dominus: qui maior est inter vos, erit vester seruus. Matth. 10

Conceditur facultas ministro Generali, nō alij, vt valeat interpretari, & exponere quidquid dubitationis occurrerit, & contigerit in Constitutionibus, statutis, & moribus huius sacri Ordinis: cuius interpretatio, exposicio, decisio, atque iudicium teneatur, & custodiatur. Et potest dispensare in ieiunijs, asperitatibus, indumentis, & cæteris omnibus; dummodò id fiat consentaneum Religioni. Omnia, & singula in præsenti Ragula contenta, sunt consilia ad faciliùs salvandas animas viatorum, & nulla sunt obligatoria ad peccatum mortale, vel veniale: nisi humano, vel diuino iure aliquis aliàs esset obligatus.

 Obli-

Conc. Tri. Ses.25. c.2. sic ait: Mobilium vero vsum ita superiores permitant, vt eorum supellex, statui paupertatis quam professi sunt conueniat; nihilq; superflui in ea sit, nihil etiam quod sit necessarium eis denegetur. videatur ibi Concilium.

Obligantur tamen fratres facere pœnitentias sibi a superioribus impositas, quando super hoc requirũtur. Obligantur etiam, ad tria vota essentialia, scilicet obedientiam, castitatem, paupertatem, nihil habendo in speciali, sine licentia prælati. Minister Generalis [alteri facultate non commissa,] potest dispensare super votum paupertatis, tam communiter, quàm particulariter, vt omnes fratres primi status valeant, aut per totum vitæ spatium, aut ad præscriptum tempus, privatim possidere quòd eius permissu fuerit eis concessum: qua facultate, siuè licentia cessante, omnia quæ superfuerint, redeant ad Conuentum, vbi fecerunt professionem. Qua in re Ministri Generalis conscientia discutienda est, vt modestè, & conuenienter vtatur hac authoritate, vt omnia fiant ad vtilitatem animarum sine respectu alicuius gratiæ priuatæ, vel amoris: Sed id tantùm fiat causa subveniendi necessitati, quã habere videat Religiosum, aut Monasterium, cui facultas fuerit permissa.

Vt autem hæc Regula pariter, & huius Ordinis de Pœnitentia statuta generalia, & particularia, & Constitutiones melius obseruentur petatur à Domino Papa vnus de sanctæ


 Roma-

Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit gubernator, & correptor istius fraternitatis. Et quidquam, quod huius Regulæ, ac vitæ puritatem eneruet, nullatenûs admittat. Vt autem vos in hac Regula, tanquàm in speculo possitis inspicere, ne per obliuionem aliquid negligatis, semel vobis in qualibet feria sexta legatur. Et vbi vos inveneritis ea, quæ scripta sunt facere, agite gratias Deo bonorum omnium largitori: vbi autem sibi quicumque videt aliquid deesse, doleat de præterito, & caueat de futuro, orans vt ei debitum dimittatur, & in tentationem, ne deinceps inducatur. Recordentur semper quod ait Dominus: Ibunt in mali ad ignem æternum: Iusti autem ad vitam æternam. Quicumque hanc Regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

Matth. 6.

Matt. 25.

Galat. 6.

Verba

Verba Seraphici Patris nostri Francisci.



BEATISSIMVS PATER noster Franciscus, hæc, quæ sequuntur, fratribus dicere solitus erat. O dilectissimi fratres, & in æternũ benedicti filij audite me. Audite vocem patris vestri. Magna promissimus, maiora promissa sũt nobis, seruemus hæc, suspiremus ad illa, voluptas breuis, pœna perpetua, modica passio, gloria infinita, multorum vocatio, paucorum electio, omnium tributio.

Amen.

Finis Regula Fratum de Pœnitentia.